Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

in domibus iudeorum vii diebus. hanc sollemnitatis.
quam et agnum immolabant. et ex tunc uescebantur
azimis usque ad septimum diem Et factum est cum
consumasset ihus sermones hos omnes. dixit eadem
die discipulis suis in secreto et non coram turbis.
Scitis quia post biduum pasca fiet et immolabitur
agnus pascalis. qui debebat immolari in uespere
ferie quinte. a quo incipiebat sollemnitas septem
dierum Et filius hominis tradetur. ut a cade nocte tradi-
tus est. ut crucifigatur. quia ultimi iudei tradiderunt
eum pilato ad crucifigendum Tunc septimo die pasch
dixit ihs apostolis uerba premissa. congregati sunt prin-
cipes sacerdotum quia cooperunt ex ira xpm mencore
et odium. et seniores populi quia erant iudices ordi-
narii. in atrium principis sacerdotum qui dicebatur cay-
phas. qui primus dederat consilium iudeis de morte
xpi. et consilium fecerunt. et querebant summi sacerdotes
et scribe quomodo eum dolo tenerent et occiderent Prius
eum determinauerunt eum mortifice. sed consilium quere-
bat de modo faciendi. quomodo posset fieri occulte
et sine populi seditione Nam licet sume desiderent eum
mortifice. tamen erat eis difficile propter fauorem populi ad
xpm Timebant uero plebem. ne contra eos insurgent
si in xpm manus immittent Dicebant autem Non
in die festo scilicet sollemnitate pascali imminente
deprehendo. ne forte tumultus fieret in populo quia multi
eum propter sollempnitate pasce uenerunt in urbem.
et quia aliquis reputabat ihm esse uerum xpm. alii
autem seduci a sacerdotibus reputabant eum magu